

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Cap. 1. Eius dignitas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)



DE  
DISPOSITIONE  
ET PARTIBVS  
ORATIONIS.  
LIBER SEXTVS.

*Eius dignitas.*

CAPVT PRIMVM.

**D**ispositio-  
nibus exel-  
lentia.  
**E**t ab.  
lib. I.

**N**ingenij fontes inuenio, sic iudicij. Dispositio recludit, qua nulla virtus ad pulchritudinem orationis aptior, concinniorve reperi potest; ut à qua omnis concinnitas, & præcipuus emerget in struclura decor: Neque enim, ut ait Quintilianus, quanquam fusis omnibus membris, statua sit, nisi collocetur: & si quam in corporibus nostris, aliorumve animalium partem permutes, atque transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen. Et artus etiam leuiter loco mori, perdunt, quo vigerunt viam: & turbati exercitus sibi ipsi sunt impedimento. Nec mihi videntur errare, qui ipsam naturam stare ordine putant, quo confuso peritura sunt omnia: sic oratio carens hac virtute tumultueretur necesse est, & sine rectore flueret, nec cohæret sibi, multa repeat, multa transeat, velut nocte in ignotis locis errans, nec initio, nec sine proposito easum potius quam conilium sequatur. Hæc ille.

**E**x quibus multorum huius temporis scriotorum imperitiam redarguas, qui præferuimus quodam ingenij calore accingunt se ad

scriendum, antequam quid velint, aut quomodo, secum fuerint meditari.

Quamobrem toto orationis cursu videoas volantem stylum, & ludibandum, qui inane *Stylus volans* & *ludibrum* vnde flocculos auecupatur, solidæ rationis & ludibri parum, aut nihil haberet. Desistitur enim iudicium, quæ pars est eloquentiæ optima, ac per totum corpus sermonis æquabiliter diffinit: huius pondere subsultans levitas firmitat, imperfecti ingenij fœtus veluti lambuntur, & formantur, omnis denique ratio, ac cultus eniteſcit.

*Deprudentia Dispositionis, & iudicio.*

CAPVT II.

**P**rimæ partes dispositionis sunt ex ampla rerum copia, quas siue lectio authorum *Dispositionis* suggereret, siue fons ingenij profuderit, pauca, & præclara feligere. Vehementer enim erant (quod superius docui) qui in eo decus est. Prelixa erat eloquentiæ ritum existimant, si quam maximè tiones fugiunt, prolixas orationes habeant, & nihil coram, ende.

Gg 2 quæ